



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

45.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**



filius in causa Patris Judex esse potest. *L. 1. ff. de iudic. privatis. 77. ff. de iudic. L. 6. ff. de recept. Ha non pugnant: Govean. in L. 10. ff. de iuris. Duar: ad tit. ff. de iud. pag: 180.*

45. Finitur iudicis officium 1. re integra per mortem delegantis, & delegati. *cap. relatum. 19. cap: gratum 20. cap. licet undiq; 30. de off. deleg: L. & quas ff. de iuris. om. iud: nisi delegatio facta sit non perennat, sed dignitati, quæ perpetua sit. v. Rectori talis Universitatis: Præposito talis Ecclesiæ, cap. quoniam Abbas 14. de off. delegat: imò transit hoc casu ad successorem. Felin: in cap. eam te. de rescript: n. 17. 2. revocatione re integra. cap. venerabil. 37. de off. deleg: 3. lapsu diei ad causam decidendam præfixæ. cap: consuluit: 24. eod: L. 2. §. si iudex. ff. de iud: 4. finito negotio seu die sententia. Host: de offic: deleg: n. 11. L. 1. §. 55. ff. de iud: Si successorem acceperit Titius ab officio legitimè depositus, qui Iudicium dederat Caium, an datus desinat esse Iudex? Negat Paulus L. 49. §. 1. ff. de iudic. quem & Nos sequimur: quidquid Ulpianus contradicat. in L. 13. §. 1. ff. de iuris. Govean: Duar: nam loquuntur de casu quo res non est integra.*